

pulcerrimo ordine disponit, ita non <sup>nihil fa-</sup>  
 vult quenquam pervenire ad orationē <sup>cit sine</sup>  
 mentalem nisi per oralem, nec aliā via  
 ad supernaturalē, sive unionem cum  
 sumo suavissimoque bono, quæ magis  
 est ex perimentalis quam effabilis, nisi <sup>Cur Deus:</sup>  
 per mentalem orationem. Atq; hæc <sup>orare</sup>  
 verissima causa est, quare De⁹ adeo se- <sup>præce-</sup>  
 verè, frequenter & graviter orationem  
 nobis comendet: quia nimirum pign⁹  
 ac vinculum est, per quod nos Deus ad  
 se pertrahit, illiq; nos intimè, sæpissi-  
 mè, & diutissimè conjungi, & velut cū  
 origine nostra uniri, nec unquam sui  
 oblivisci desiderat. Absq; illa enim es-  
 set, nec sëpe summi Dei memores esse-  
 mus, & bonorum illius nunquam par-  
 ticipes efficeremur. Oraturus autē, fac  
 id non medio, sed toto corde à te fiat.  
 Fiet autē si frequenter ad hoc te exer-  
 ceas, multamq; diligentiam adhibeas:  
 sine quib⁹ fructus orationis non con-  
 sequeris. Contra quoties externum a-  
 liquid agis, cave sedulo, ne toto corde  
 hoc agas, ut cum edis, bibis, vel tale  
 quid facis. Non enim in istis, sed in so-  
 lo Deo cor tuū acquiescere debet, per  
 internas mentalesq; precatioñes assi-  
 duo ad illum te elevando. Quod quan-  
 to